

num fumigans non extinguet. Allegoria ē & in calamo & in li
no. Per linū. corpus hominis. Per fumū. paruula noticia fidei.
Linum fumigans non extinxit. sed & pfecte erudiuit dicens. Tu
credis in filiū dī? Et ille dixit. Quis est ut credā in eum? Et ait. Et
uidisti eum. & qui loquitur tecum ipse est. Et procidens adora
uit eum. Donec eiciat ad uictoriā iudiciū. sicut fecit cum uicit
diabolū resurgendo & ascendendo. Et in nomine eius gentes sperabunt.
Et in nomine eius gentes sperabunt
hoc luce clarius patet. quia ut oms prope credunt in eum. Et haec
uerba esaiae. ipse legit in sinagoga iudeorum. cum surrexit ad le
gendum. & fideles & infideles in ipsa sinagoga cognouerunt. quod de
eo fuerant ista prophetata.

Y ET MVTO.

DE DEMONIACO CVRATO CAECO

Tunc oblatus est ei demoniū habens. & cecus & mutus. & cu
rauit eum. ita ut loqueretur & uideret. Audistis supe
rius de illo qui mutus fuerat & surdus & demoniacus. qd
curatus fuerit adō. Iste fuit cecus in reliquo similis illi. Tria genera
lia signa in isto facta s̄. A demonio liberatus est. uisū & loquelā re
cepit. Tunc ita iuxta hystoriā factū est. & spiritaliter genus huma
num significat. quod cecum erat de oculis spiritalibus. & non loque
batur quę dī erant. quia dęmones illum obsidebant. Similiter sunt
oms pagani. & quando ueniunt ad credulitatē. expelluntur de eis
dęmonia. aperiuntur oculi cordis eorū. ut possint dm̄ uidere. idest in
tellegere & laudare. quod est loquelā recipere: Et stupebant turbae
Stupebant turbę dicentes
& dicebant. Numquid filius est dauid? Turbae mirabantur. & uolebant
illum dicere de progenie dauid esse. & de bethleem unde sciebant
xp̄m debere nasci. sed pharisei contra dicebant. quasi neq; de
dauid ꝓgenie. neq; de bethleem esset. neq; uirtutes ex dō facere.
Sed quia aperte uirtutes fiebant. & negare non poterant. in ma

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0160